1

N 312.
1- 361- 74

1588

Omnibus et singulis huiusmodi literas inspecturis visuris lectu
ris pariter et audituris attestor et fidem indubiam facio ego
Michael Fabra regia auctoritate notarius publicus oppidi villae
Elvendrell quod per me eundem notarium in ecclesia Sancti
Martini loci de Soco dicte Elvendrell fuit recepta et testifica
tum quoddam Syndicatus instrumentum cuius tenor talis est. Die
Mercurii tregesima mensis martii anno a nativitate domini millesimo
quingentesimo octuagesimo octavo in ecclesia Sancti Martini loci de
Soco Elvendrell. Convocata et congregata universitate
hominum loci de Soco Elvendrell ad sonum sive pulsum
campane ut moris est intus ecclesiam parochialem
Sancti Martini dicti loci de Soco ubi alias dicta universitas pro
consimilibus et aliis peragendis et pertractandis negotiis dicte
universitatis convocari et congregari consuevit de mandato
scilicet et ordinatione iussu honorabilium consulum dicte univer
sitatis et licentia honorabilis baiuli dicti loci: in qua quidem
convocatione et congregatione interveneruunt et presentes
fuerunt honorabiles Martinus Gençana et Michael Ventello
anno presenti consules eiusdem universitatis, Joannes Solue
tat, Antonius Gençana, Franciscus Comall, Antonius Molins
Michael Ugarol, Bernardus Ciret, Geraldus Paraladra
Paulus Costan, Ludovicus Terres, Joannes Ner, Joannes
Fabra, Guillermus Sol, Joannes Fuster, Joannes Busquets
Joannes Cosin, Joannes Carbonell, Antonius Molner, Pau
lus Damel Joannes del Mariral Arnaldus Pages Joannes
Petrus Comes Joannes Costa Stephanus Guardabosch Gulle
mus Costan et Joannes Roc omnes singulares homines dicti loci
de Soco dicta universitate facientes tenentes et representan
tes tanquam maior et sanior pars hominum dicti loci et plusquam
due partes eorumdem hominum. Omnia ut dixerunt nuper ad
eorum auditum pervenit quod multum Illustris dominus procurator regius
//

Comittatus Rossilionis et Ceritanie pro sacra catholica et 8
regia mag(esta)te d(omi)ni n(ost)ri regis vult et intendit facere luitione
et quitatione de iurisdictione criminali baronie de Sacho a posse
Ill(ustr)is domini don Jacobi de Pera pertusa baronis dicte baronie
eiusdem loci et quia ut dixerunt propter intimum amorem
quo eundem Illustrem dominum Jacobum de Pera pertusa eorum
dominum prosequuntur, nollent quod eidem magestati d(omi)ni n(ost)ri regis
gratum existat nullis iurisdictioni et dominio subesse
nisi ipsius Ill(ustr)is domini baronis de Soco eiusdem loci, et ut dixe
runt Illorum interesit dicte luitioni se opponere tanquam non
procedentem de eorum voluntate et consensu neque ad eorum
petitionem et instantiam et velint ipsi dissentire. Ideirco
et alis agentes hec de et cum decreto et auctoritate magnifici domini
Judicis ordinarii curie honoris bajuli dicti loci de Soco. Gratis
eis constituerunt et ordinarunt syndicum et procuratorem eorum
ymo verius dicte universitatis certum eis Ita tamen eis discretum
Franciscum Massot causidicum oppidi Perpiniani ibidem presentem eis
Ad videlicet pro dictis constituentibus nomine dicte universi
tatis expresse dissentiendum dicte luitioni et quitationi et pro ea
comparendum in curia regii patrimonii et coram dicto Ill(ustr)i
domino procuratore regio et aliis officialibus et iudicibus dicte
curie et coram eis premissa et alia que ad impugnationem
dicte luitionis necessaria fuerint faciendum et pro hiis
quascumque supplicationes tam verbo quam scriptis dandum et offeren
dum /. Et insuper agendum ducendum tractandum procurandum
finemque debitum terminandum omnes et singulas lites sive causas
tam civiles quam criminales et tam principales quam appellationis
motas pendentes atque movendas per et inter dictam universita
tem agendo vel deffendendo ex una et alias quascumque uni
versitates communitates corpora collegia et singulares

// personas etiam agendo vel deffendendo partibus ex altera
causis et rationibus quibuscumque et pro his et earum oratione
tam in regia audientia principatus cathalonie et coram
Ill.mo dno locumtenente generali in eodem principatu et
comitatibus necnon eiusdem regie audientie magnifficis dominis
Judicibus commissariis relatoribus et aliis personis quacumque
auctoritate fungentibus et finaliter quocumque et in quocumque judicio
sive foro tam ecclesiastico quam seculari ac alias ubilibet stan
dum et comparendum libellum et libellos petitiones supplicatio
nes et demandas quascumque dandum offerendum et presentandum
et oblatis seu offerendis ex adverso respondendum de jure dis
tum constituendum docendum mediandum et allegandum
fiat late cum toto litium cursu cum potestatibus jurandi de
calumpnia sententias cuiusvis generis sint ferri et pronun
ciari petendi et ab eisdem appellandi supplicandi et provocandi
Apostolos petendi et recipiendi appellationum et supplicatio
num causas prosequendi et necnon substituendi unum vel plures
procuratorem et procuratores et eum vel eos destituendi et revocandi
et demum generaliter et promisserunt habere ratum et
totum et quicquid et non revocare sub obligatione bonorum
dicte universitatis et. Testes venerabilis dominus Antonius
Palau Honofrius Comall presbiteri dicti loci de Sort et
ego notarius. In quorum fidem et testimonium premissorum ego dictus
Michael Fabra notarius publicus memoratus has facio testi
moniales literas mea propria manu in his duobus papyri
foliis hinc forme communis presenti inclusa completo scriptis
et hiis in scriptis et mandati notarie appono atque
subscribo sig+ in suppositis in linea
xiii secunde pagine presentis folii locum



1606

Syndicat firmat per lo
loc e el Joan [illegible]

[redacted]

Sindicat Joch

nº 148[illegible]

Nº 349.

GOBIERNO DE ARAGON